



**Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni  
Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium**

**Alviset, Virginius**

**Campidonae, 1673**

Dubium 10. An privilegia Regul. suspendatur in anno Sancto Jubilæi, vel  
per Bullam cruciatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62361](#)

## D U B . X.

*An Privilegia Regularium suspendantur  
in Anno Sancto Iubilai, vel per Bul-  
lam Cruciatæ.*

## SUMMARIUM.

- 1 *In Anno S. Iubilai suspendi privilegia Regulari-  
putant aliqui.*
- 2 *Melius negant alii.*
- 3 *Explicatur extrav. quemadmodum.*
- 4 *Clausula, sub qua publicatur Cruciatæ su-  
spendit privilegia secundum aliquos.*
- 5 *Secus secundum alios.*
- 6 *Vbi quomodo intelligenda. De particularibus  
Iubileis nihil potest certi definiri.*

CUM privilegia Regularium versen-  
tur circa varias materias non uni-  
versaliter tamen de omnibus procedit  
dubium, alias negativa esset de se evi-  
dens; sed tantum procedit de tribus præ-  
cipue, nempe de potestate absolvendi,  
dispensandi, ac de indulgentijs. Et qui-  
dem quod ad Annum sanctum spectat.  
Navar. in com. de jubil. §. in Levitico. num.  
28. & lib. 5. cons. 16. de privil. omnino af-  
firmat suspendi per dictum annum pri-  
vilegia concessa circa predicta, cui quan-  
tum ad Indulgencias majores seu plena-  
rias (licet non quantum ad minores) af-  
sentitur Vivald. in eand. p. 1. tit. 9. de Indulg.

Et ita videtur dispositum in extrav. Qe-  
namdum de penit. & rem. inter. com.

- 2 Atramen contrarium tenent Less. lib.  
2. de iust. cap. 42. dub. 12. Henr. lib. 7. de  
penit. cap. 21. & 28. Sanch. in sum. lib. 4.  
cap. 54. n. 62. ubi præter Less. & Henr.  
citat Emanuel. Et ait plures Dominican.  
& Francisc. ita tenere: quod Navar.  
locosupradit putat etiam probabile. Et Ra-  
tio est, quia cum privilegia sint adeo favo-  
rabilia, & non uni vel alteri Monasterio

concessa, sed toti Ordini, & adeo cetero  
in bonum commune fidelium conve-  
dentur posse suspendi per verba tan-  
ta, quae in opere eiusdem habentur  
mentione alijsq; conditionibus, et  
bus suo loco. Quantum vero ad extra-  
Quemadmodum. In qua fundatur dubium  
intelligi debet de privilegijs non que-  
concella in communis Ordinibus Regu-  
larium, sed singulariter certis locis  
Monasterijs.

Quod autem attinet ad Cruciatæ  
la in sua Clausula 12. suspendit omni-  
vilegia, omnesque Indulgencias con-  
fas, quibusvis Ecclesijs, locis priuile-  
nasterijs per annum, quo publicantur.  
Quomodo autem fit intelligenda illa Cla-  
sula, aut de quibus privilegijs Ad  
in expost. eiusd. Bull. quast. 108. ait unde  
saliter de omnibus etiam Regulari.  
Sed Nugh. 3. 10. 2. tract. de Bull. &  
Diana 1. p. tract. 2. ref. 88. Macchad.  
p. 2. tract. 4. doc. 7. Rodriq. Villalob.  
alij supracitati verius estimant subi-  
per eam sola privilegia privatorum  
modo & ratione, quia per Jubila sunt  
sancti. Quantum vero ad alios Jubila  
cum non soleant sub eadem forma  
cedi: nihil etiam certi potest dici, si  
Bullam cuiusque & ejus Clausulas  
attendantum.

## D U B . XI.

*An Eremitæ sint Religiosi? Et con-  
Religiosorum Priviliegii fruatae?*

Ad c. 1. sect. 2.

## SUMMARIUM.

- 1 *Eremitæ sunt Personæ religiose.*
- 3 *Et Ecclesiasticae.*
- 2 *Habent Christum pro capite.*
- 4 *Et sunt sub Episcopo.*

Eremitæ